D. D. MARII GIURBA

IC. MESSANENSIS

CARCERATORUM IN TRIBUNALI Officii S. Inquiſitionis R. S. à Secretis *Advocati*, & in florentiſſimâ Meſſanenſi Academia *Feudorum Interpretis*, Collegii ejusdem *Decani*, *Regiique Conſiliarii*,

TRIBUNALIUM SICILIAE DECISÆ OBSERVATIONES

CUM SUMMARIIS INDICIBUS Argumentorum, ac Rerum Verborumque locupletiſſimis.

EDITIO IN GERMANIA PRIMA

Mendis quamplurimis repurgata, & varietate characterum adornata.



COLONIÆ AGRIPINÆ.

Apud WILHELMUM & FRANCISCUM METTERNICH, Bibliopp.

An der Hohen Schmid/ ANNO M. DC. LXXXIX.

Cum Permiſſu Superiorum & Privilegio.

IMMACULATAE
DEIPARÆ VIRGINI
MESSANENSIVM PROTECTRICI

Laus ſit ſemper, Honos & Gloria.

D. MARIVS GIVRBA
AVCTOR.

DIu (MVNDI IMPERATRIX AVGVSTISSIMA) animi pendulus fluctuavi, an Tibi Libellum hunc qualemcumque meum conſecrarem, tuoſque venerabundus deponerem ad pedes; ſubruſticus namque (quid enim diffitear) me retrahebat timor, ne temeraria nimium audacis animi nota deſcriberer, quippe qui Opus hoc, rude quidem & impolitum, ſi ad tuæ Dignitatis Magnitudinem conferatur, tuo dicatum Nomini in lucem exire fuerim paſſus, ni velis, auſus: Verum eo, unde me agreſtis, ac penè intempeſtivus abducebat timor, Tua adduxit divina quadam miſta cum urbanitate ſuavitas. Eſt igitur quod animum recreet, & reficiat meum, quodque ab audaciſſimæ temeritatis purget macula. Cuinam enim dicarem auſpicatius? quam Tibi, quærebus, vel maligno natis ſidere, Fortunam effingis fortunatam. Cui lubentius? quam Tibi, cujus tenerrimo quodam amoris ſenſu dies, noctesque maceror. Cui fidentius? quam Tibi, cujus id eſſe humanitatis ingenium perſpexi, ut à ſuo aditu ex-

TRIBVNALIVM SICILIÆ.

OBSERVATIONES DECISÆ.

SVMMARIVM.

1 *Dies certa vel hora interpellat, & debitorem in mora conſtituit, ejuſque heredem ignorantem, expreſſæ interpellationis inſtar.*

2 *Strap. Rot. deciſ. 81 z. num. 3. 4. declaratur.*

3 *Mora non contrahitur ſine interpellatione, vel petitione.*

4 *Pactum, ut [ceſſante mora] competat intereſſe, nullum eſt.*

5 *Pretium rei cujuſque creſcit, & decreſcit ex communi opinione.*

6 *Pretium rei in indiviſibili non conſiſtit, ſed in mediocritate, quæ latitudinem habet per gradus.*

7 *Pretii gradus triplex eſt, & ex venditoris mora creſcit ad ſui latitudinem.*

8 *Intereſſe legitimi ex pacto debitum, ſicut ſors competit.*

9 *Pretium juſtum eſt, in quo conveniunt contrahentes.*

10 *Pretium à Prorege ſuâ Pragmaticâ taxatum, indiviſibile eſt, quod nec in obulo recipit latitudinem.*

11 *Publica utilitas præfertur privatæ, & cuicunque privilegio num. 15.*

12 *Diana tract. mor. al. 8. de contract. reſol. 32. large loquutus eſt, & ſibi contrarius. num. 23.*

13 *Intereſſe ex pacto eſt debitum, ſi clauſula [cum expenſis, & intereſſe] utantur contrahentes.*

14 *Pretium a lege taxatum excedi non poteſt, nec in eo conſideratur creditoris damnum.*

15 *Principis eſt; aut ejus Officialium pretium non dum rebus comeſtibilibus, ſed omni negotio, contra Aviles num. 19.*

16 *Pretio juſto vendere compelli quiſque poteſt.*

17 *Frumenta pretium [penuria tempore] vilius conſtitui poteſt.*

18 *Viliori pretio vendere coguntur vaſalli publicæ utilitatis cauſa.*

19 *Pretii taxam à Principe indictam ſervare debent clerici, & à ſuis Prælatis compellentur. num. 21. 22.*

20 *Venditor certo ſciens pretium præſcribendum frumento ex principis pragmatica: ſi majoris vendat ante publicationem, ad exceſſum cogi poteſt Declar. num. 26.*

24 *Fraus, & dolus nemini prodeſſe debet, qui omni pacto, & diſpoſitione exceptus eſt.*

25 *Augnian. de leg. lib. 1 controverſ. 23. rejicitur.*

27 *Venditor an teneatur emptorem certiorare de mercibus ejuſdē generis [brevi] in copia adventuris.*

ARGVMENTVM.

Frumenti pretium à Proregis pragmatica taxatum, intereſſe quantiplurimi non recipit, ſi quod ob venditoris moram emptor petat?

OBSERVATIO I.

SOLA dies interpellat pro homine, ſi certa eſt, ipſumque debitorem in mora cōſtituit, expreſſæ interpellationis inſtar, *l. magnā. C. de contr. ſtip. l. 2. C. de jur. emp. l. ſi fundu. l. ita qui §. Scia l. ad diē. ff. de verb. oblig. l. hominē ff. mand. l. ſi duo. l. promiſſor. §. 1. ff. de conſt. pecun. l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis caut. l. Vinum. ff. ſi cert. pet. l. trajectitiæ. §. 1. ff. de act. & obl. Bar. l. ea ſtipulatio. quæſt. 2. ff. de verb. oblig. Arnol. Bero. num. 31. 32. Iaſ. num. 9. l. vinum. ff. ſi cert. per Gail. lib. 2. obſerv. 6. num. 2. Dec. conſ. 452. num. 10. Turret. conſ. 33. num. 1. conſ. 66. num. 13. in 3. Cancer. 3. reſol. c. 12. de offic. Iud. Tab. num. 254. Reyger. Theſaur. jur. lit. Mo. num. 21. Navarr. conſ. 5. num. 6. de uſur. Seraph. deciſ. 249. num. 1. Bardell. conſ. 86. num. 1. 2. Petrac. conſ. 1. num. 219. Molin. diſp. 315. Tuſc. lit. D. concluſ. 208. num. 5. lit. L. concluſ. 307. num. 5. concluſ. 409. num. 9. lit. M. concluſ. 376. num. 309. Bær. conſ. 22. num. 2. Larrea, deciſ. 49. num. 12. Aldovin. conſ. 19. num. 61. Gabr. tit. de ſolut. concluſ. 9. à num. 1. 9. Menoch. de arbit. caſ. 220. num. 44. conſ. 381. num. 48. Honded. conſ. 52. num. 4. in 1. Bero. conſ. 165. num. 30. in 1. Bologuet. conſ. 56. num. 2. Mſin. gev. centur. 5. obſerv. 91. num. 2. Gar. Spin. conſ. 3. num. 12. 13. conſ. 81. num. 18. Rim. jun. conſ. 67. num. 19. 20. Rot. Gen. deciſ. 1. num. 44. deciſ. 78. num. 16. deciſ. 139. num. 1. deciſ. 144. num. 2. deciſ. 206. num. 3. Caball. conſ. 19. num. 4. conſ. 89. num. 56. in 2. Peregr. conſ. 73. num. 15. in 1. Scacc. de camb. §. 1. quæſt. 7. p. 2. ampl. 8. num. 198. Andreol. conſ. 77. num. 2. Rot. deciſion. 231. p. 2. Lap. ad l. curabit. §. 6. num. 111. C. de actionib. empt. Roland. conſ. 89. num. 6. in 2. Thomig. conſ. 48. num. 54. in 1. Ettor. deciſ. 91. num. 5. Cephal. conſ. 736. num. 19. conſ.*